

**Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.****Wersja sandomierska**

Rękopis Biblioteki Narodowej BOZ 90, k. 55–55v

Odczyt: Maciej Mikula

Artykuł 51

[51] De omni querimonia et testimonio. Capitulum Li

<Lxxi<sup>a</sup>> Omnis querimonia et omnia testimonia, quecumque cum clamore et violenciis cum clamore ad iudicium, in facto manifesto deprehense et deducte fuerint, virum oportet metseptimum [s] protestare circa ius paucis [s], exceptis vulneribus, que monomachales non sunt. Manifestum factum ibi dicitur esse, ubi vir captivatur cum furto aut spolio, deprehensus ducitur ad iudicium cum clamore. Insuper eciam manifestum factum ibi esse dicitur, ubi viro cutellus aut gladius in sua manu deprehensa fuerit, cum qua pacem infringi[t], aut si in fuga facti deprehensus fuerit, et captivus cum clamore ad iudicium ductus fuerit. Hunc actor metseptimus vincere debet circa ius paucis [s]. Et si factum manifestum cum viro ad iudicium ductum fuerit, stuprum et obsidium, et irruenciam domicilii, homicidium, furtum, spolium, probat homo metseptimum. Si vir de [l] istis conqueritur, extunc sua querimonia sic debet procedere: <Lxxiii<sup>a</sup>> “Domine iudex, ego conqueror Deo et vobis, quod hic homo iste venit intra municipalia, et in me pacem violavit, et me stupravit corpore, rebus et honore muliebri, de quo sufficiens habeo testimonium per eos, qui meum clamorem audierunt, et ostendere<sup>b</sup> volo factum, et demere teneor aut debeo, et requiro in sententia diffinita, quomodo ipsum vincere debeam, ut michi proficiat et in iure meo”. Extunc ille petat satisdacionem, si vult, quam sibi facere debeat seu oportet, et dicat se de facto esse innocentem. Tunc mulieris interroget in diffinitam sententiam, si mulier violenciam melius poterit protestare cum hiis, qui clamorem suum audierunt, quam ille possit evadere, cum ad iudicium sit deductus. Tunc diffinitur iure, quod possit ipsum possibilis vincere cum hiis, qui clamorem suum audierint, quam evadere possit. Et si hoc probaverit, ut iuris est, adversarius collum demeretur. Idem vero iudicium super irruenciam [k. 55v] dominus iudicatur.

<sup>a</sup> na marginesie; <sup>b</sup> w rkp. osstendere

[hasła: skarga, przemoc, przestępstwo, sąd, gorący uczynek, samosiódm, przysięga, współprzysiężnik, pokój, rana godna pojedynku, kradzież, obwołanie, miecz, nóż, sztylet, ucieczka, pokój, zasadzka, gwałt, honor, gwar, zabezpieczenie, niewinność, uwolnienie od skargi, kara śmierci]